

quod parascis illa talem habet uirtutem quod si quis poneret in eam uictualia
solum pro uno homine oportuna. ad sufficientiam homines quinque haberent. Et
magnus dominus dixit quod uolebat facere experiri. & ita repertum est esse uerum *nota experientiam istius*
87^r per hunc uero modum habuit magnus dominus illas reliquias| quas audiuitis/ que *parrasidis*
ei constiterunt magno thesauro Nunc diximus hanc ystoriam totam per ordinem.
admodo dicemus de alijs rebus & primo de nobili ciuitate cail :

Hic naratur de ciuitate cail/

CAil est quedam ciuitas nobilis & magna/ cui dominatur Ascias qui primus
est ex iij^{or} supradictis regibus de prouincia maabar fratribus. Et omnes
naues que ueniunt de uersus ponentem. uidelicet. de cormos. chysci. &
daden & de tota arrabia onerate mercimonijs & equis ad hanc ciuitatem portum
faciunt. Nam ciuitas ipsa sita est in bono loco & foro causa mercationes faciendi.
veniunt etiam illuc de multis partibus mercatores causa inueniendi ibi mercimonia.
equos & alias res. Et iste rex est multum diues thesauro & portat super se multos
lapides preciosos. & honorifice pergit regnum suum in magna iusticia manenet.
& proprie mercatores qui illuc ueniunt de alijs partibus. Istos quidem manenet
ipse in magna rectitudine. Et ideo mercatores illuc libenter accedunt pro bono
rege qui sic eos in iure manenet. & etiam ibi faciunt magnum profectum &
lucrum. habet etiam iste rex bene trecentas uxores & plures. quia ad magnum
honorem reputat sibi ille qui plures habet uxores. quando quidem oritur aliqua
87^v discordia inter istos fratres iij germanos. & uelint inuicem preliari. mater eorum
que adhuc uiuit se ponit inter ipsos. & non dimitit ipsos preliari. Et pluries
accidit quod filij nolunt remanere precibus matris & quod omnibus remotis uolunt
belare tunc mater eorum accipit unum gladium. & dicit eis si uos non remanetis
de hac rixa. & pacem non facietis inuicem/ ego statim me occidam. set prius
incidam mihi mamas de pectore. illas uidelicet cum quibus uobis lac tribui Et
cum filij uident pietatem quam mater facit & quod ipsos rogat tam dulciter. &
cognoscunt quod est melius pro ipsis. se concordant & pacem inuicem faciunt. &
hoc pluries accidit. set non potest preterire quin faciant simul magnam rixam.
cum mater decesserit. Et quod inuicem se non destruant. Item noueritis quod
gentes iste. & omnes de Jndya habent huiusmodi consuetudinem uidelicet quod
quasi continue in ore portant quoddam folium appellatum tambur. ex quodam
habitu & delectatione quod folium masticando uadunt. & spumam concreatam
exspuunt. & hoc precipue faciunt nobiles & magnates & reges* habent folia illa
confecta cum camphora & alijs speciebus. & sic ipsa continue masticando uadunt
& etiam calcem simul mixtam & hoc eos multum sanos conseruat. si uero aliquis|
iniurietur alicui & uelit|

* The punctuation is uncertain. RAMUSIO (tom. II., 1559, Lib. 3, cap. 24, fol. 56 B) omits *& hoc precipue faciunt* and reads: *I gentilhuomini, Signori, & Re hanno dette foglie acconcie con canfora, &c.*